

- 234 Excessus nullitas per querelam deducta non suspendit executionem.
- 235 De nullitate dicere, & adire per viam querelæ, paria sunt.
- 236 Supplicatio, cui adaptatur querela, non suspendit executionem.
- 237 Excessus & nullitas deducta per viam appellationis impedit executionem.
- 238 Executio facta pendente excessu deducto per viam appellationis, est attentata & revocatur.
- 239 Excessus per viam appellationis, hujus natura vestitur & assumit vires.
- 240 A sententia nulla licet appellari, quia non est sublata facultas, sed necessitas appellandi.
- 241 Effectus nullitatis deducta per viam appellationis.
- 242 Ab excessu appellatio omnino necessaria est, ut recurri possit ad Regium senatum pro tollenda violentia.
- 243 Excessus ratione causæ ille dicitur, qui concurrens circa exceptionem injuste admittendam, vel rejiciendam.
- 244 Excessus ob non admissam legitimam exceptionem executioni oppositam præcisè requirit appellationem, alias transt in rem judicatam.
- 245 A refectione exceptionis opposita nullitatis evidentiæ ex actis si non appellatur, iterum postea opponi non potest.
- 246 Ordinis omisso respicientis utilitatem partis tantum, non vitiat executionem, sed permittit appellationem.
- 247 Exceptionem contradicere non sufficit, nisi etiam a re-ceptione opponens appellet.
- 248 Excessus ratione causæ, hoc est, ob exceptionem reje-ctam non est nullitas.

EXECUTORIUM, sive gratiarum sive executoria-
 lium, ex re judicata emanatarum, hoc est, ad
 mittendum sententias debitæ executionis (quorum
 naturam & materiam pro nunc nos dumtaxat insequi-
 mur,) in duplici est jure differentia: nam aut meri
 sunt, aut mixti executoriales, quibus iudex, qui sen-
 tentiam tulit, & executoriales decrevit, earum exe-
 cutionem faciendam committit, ut in effectum perdu-
 cant, hanc jure differentiam constituere, gl. sin-
 gularis in cap. pastoralis. §. quia verò de officio delegati, &
 in c. de catero de re jud. Cardin. conf. 64 & 94. gl. verb.
 cognoscatur, in cap. dicenti, §. & si non cognitio 25 q. 2.
 & in c. ei qui, de appell. §. ab executione verbo, non po-
 test. 2. q. 6. & ex mox citandis locis apparebit.

Et à mixtis executores tunc distingues, & cognos-
 ces, quando meri dantur præcedente necessaria cau-
 sâ cognitionem in negotio ipsa principali, ac post rem
 judicatam, simul ipse iudex eandem causâ cogniti-
 onem adhibuit super exceptionibus, quæ obijci, & op-
 poni possunt executorialium executioni, & admitti de-
 bent de jure, ac super liquidationibus faciendis, ac de-
 nique omni liquidata materia, ac discussa via execu-
 tiva, & executionis processa fulminato, & discussis his
 omnibus, quæ in quaml. bet executionem incidere so-
 lent, præcedentibus terminis, dilatacionibus, ac cita-
 tionibus faciendis, secundum quoscumq; executionis
 naturam; & sic quando nihil executionis remanet faci-
 endum, nisi mittere executoriales executioni, secun-
 dum formam commissionis suæ, quia non aliud tunc
 eis committitur, quam illa facti executio, & nudum
 ministerium, veluti condemnatur quis ad restitutio-
 nem prædij cum fructibus, damnis, interesse, &c. &
 liquidata quantitate fructum, &c. præmissa citatione
 condemnati, committitur rei possessionis traditio, ac
 iterum quando condemnatur quis ad centum sibi ex
 causa mutui petita, cognito per eundem iudicem de
 omnibus exceptionibus, quæ executiioni opponi pos-
 sunt, quando additio bonorum, & actualis satisfactio
 alicui committitur, quod est purum factum, ac ideo
 isti quidem sunt meri executores, text. est in l. si ut pro-

ponis, & in l. executorem, C. de executione rei judicatis,
 quæ jura secundum hanc doctrinam interpretantur
 Doctores Bart. in l. a D. Pio in prin. n. 10. & ibi l. n. 12.
 & seqq. & alij Doctores, ff. de rejud. Bald. in l. si non co-
 gnitio vers. nota, C. si contra jus vel utilitatem publicam.
 Innocent. & Butr. in cap. de catero de re jud. & ibi Abb.
 in 5. col. vers. 3. memb. ut post alios Felin. idem Abb.
 in cap. pastoralis §. quia verò n. 3. vers. de quinto de offi dele-
 gat. plures allegat & sequitur Bernard. Diaz. in red. 270.
 Gregor. Lopez in gl. verbo Señalado in l. 57. tit. 18.
 p. 3. decis. Thol. 344. & additio singularis ad eam.
 Parlad. l. 2. rerum quoid. cap. fin. 2. §. 3. n. 1. & seqq.
 Amador. Rodrig. de executione c. 2. n. 38. Covarr. in
 pract. q. c. 16. n. 5. quam dicit communem Menoch. de
 arbit. jud. l. 1. casu 38. n. 20. Bobad. in poli. 2. c. 20. n. 45.
 latè etiam prosequitur multis citatis Doctoribus Petr.
 Sud. conf. 405. num. 15. cum seqq. ubi etiam declarat,
 ut hoc procedat, etiam si postquam legitima partis
 præcessit citatio ad hujus causæ cognitionem super
 executione, quòd si ipsa non opponat, sed omittat
 exceptionem, sibi imputet, nam postea hujusmodi
 executor, cui fit commissio [qui non est mixtus]
 non poterit de illa cognoscere. Vide ibi per eum.

Et converso autem mixti executores ij dicuntur, qui-
 bus exe. utio rei judicatis super negotio principali, &
 executorialium ab eo emanatarum, committitur nulla
 præcedente, nec facta causæ cognitione super ea nec
 discussis exceptionibus, allive, quæ in executionis dis-
 cursu incidere solent, quæ ab eisdem executionis
 natura proveniunt, ac sicut in ea omnimodo admitten-
 da in processu, ac via executiva, Bart. in l. a D. Pio, in
 princ. n. 6. ff. de re jud. Abb. in c. de catero de re jud. in 4.
 col. vers. secundo membro eod. tit. gl. verbo, cognoscatur
 in d. dicenti, & §. & non cognitio 25 q. 2. Bened. & de
 Vardi. in reperi. Felin. verbo, executor mixtus est ille.
 Parlador. Amador. Rodrig. ubi proximè Greg. Lopez
 in gl. verbo Señalado in d. l. 57. tit. 18. p. 3. latè Meroch.
 de arbit. jud. l. 1. q. 38. n. 3. Castellus à Bobadilla in
 politica d. l. 2. cap. 20. num. 48.

Qui omnes ex hoc rectè inferunt, quod cum istis
 sit executio executorialium commissio, nulla præcedente
 cognitione eorum, quæ irradunt in eam, & quæque
 possunt allegari, & opponi in actu executionis, ac via
 executiva, quæ quidem præcisè præcedere debet ideo
 istis executoribus pariter censetur committi eorum co-
 gnitio, & liquidatio, & terminatio, factusque est ju-
 dex, habetque jurisdictionem, ultra quos idem probant
 Ab. in cap. de catero de re jud. in 4. col. vers. secundo memb.
 idem Ab. in cap. pastoralis. §. quia verò, de off. delegat. in
 prin. vers. secundo scilicet executore, col. 2. dicens quòd
 executor mixtus cognoscit de concernentibus execu-
 tionem sententiæ, idem dicit gl. in §. sunt quorum vers.
 ab executore 2. q. 1. & ibi Domin. de sancto Gemini gl.
 in d. §. si non cognitio, Felin. in d. cap. pastoralis, §. quia
 verò vers. gl. in verb. & si scias, n. 16. l. & si non cognitio,
 ubi Doctores, C. si contra jus vel uti. publ. l. a D. Pio, &
 ibi Bart. num. 4. idem Bart. in l. prescriptione n. 2. quem
 sequitur Decius in cap. 2. n. 3. vers. & hoc de rescript. In-
 nocent. in cap. de catero de re jud. Decisio Tholof. 344.
 & ejus additio, dicentes cum cæteris citatis; quod
 hic mixtus executor potest cognoscere, & terminare
 omnes exceptiones, quæ executioni sententiæ, & exe-
 cutorialium possunt obijci, & opponi, non tamen eas
 quæ respiciunt merita causæ, à quo nos latè infra in
 cap. 7. de excessu ab exceptionibus, juxta tex. [sic intelli-
 gendum] in l. Nisenius, §. ult. ff. de re jud. C. si fidejussor,
 §. idem respondit, ff. de fidejussor. l. ex diversis, §. fin. solut.
 matr. l. etsi non cognit. 6. si contra jus vel uti. publ.

Iis convenit, quod post alios Doctores ab eo cita-
 tos, animadvertit eleganter Petrus Surd. in consil. 415.
 tom. 4. quòd executor datus ad rei restitutionem, &
 fructus à condemnato perceptos, quòd executor, qui
 hujusmodi

hujusmodi fructuum liquidationem facere tenetur, non
 est merus, sed omnimodo mixtus, quod sic non vides
 quotidie praticari, cui adijunge doctrinas hæc-
 nus allegatas. Idem etiam dicit Escobar. de ratiocin.
 cap. 31. a num. 16.

Et converso autem merus executor, cum sibi sit dum-
 taxat purum factum, ac nudum ministerium commif-
 sam, nec habeat causæ ullæ cognitionem, pariter &
 jurisdictione omnimodo caret, Gemina. consil. 109. in
 princ. Bald. consil. 36. factam quod proponitur in fin. lib. 4.
 idem consil. 98. casus in princ. vers. secundo ca. in lib. 3. Cal-
 derin. consil. 20. si legatus, alias 5. de rescriptis. Anton. de
 Butrio 74. num. 3. per totum. Caval. in addit. ad Burrium,
 ubi allegat Bald. in c. cum super col. 3. de rejud. latè pro-
 sequitur Card. Tulehus consil. 499. in prin. tit. E, tom. 3.
 Abb. in c. ex literis de off. delegat. in vers. gl. in verbo,
 subdelegatus, & ibi etiam cum Imola, Felin. super ea-
 dem gloss. 2. 3. ad fin. & n. 4. Bened. Bado. in reperi. ad
 Felin. verbo, executor nudi ministerij, non habet jurisdic-
 tionem, & idem firmiter Rebuff. in tract. de sententiis
 executioni gl. 12. n. 19. vers. quare si mandetur, n. 1. Fol.
 376. Joan. Gratian. in regul. 178. n. 2. post alios, & quòd
 ea careat, text. est in c. fin. §. si de off. delegat. & quòd non
 habeat cognitionem, probat text. in c. pastoralis §. quia
 verò, de off. delegat. & l. executorem, C. de executore rei jud.
 & ultra dictos affirmant Amador. Rodrig. in tr. de exe-
 cutione c. 2. n. 39. Bobadill. in polit. l. 2. c. 20. sub num. 47.
 Marquella. in tr. de communi. Alex. post Bart. in l. a D. Pio
 in prin. n. 12. l. 1. 3. Felin. in d. cap. pastoralis, §. quia verò,
 de off. delegat. vers. executor merus. Zuchard. in l. fin. n. 281.
 C. de editio D. Adr. Berotius in c. significasti n. 1. de off. de-
 lega. & in c. quantum Ab. n. 12. eod. tit. Menoch. de arbi.
 jud. l. 1. q. 38. n. 20. & quas exceptiones uterque execu-
 tor possit, vel teneatur admittere, & quando à reje-
 ctione admittendarum, vel admisione rejiciendarum
 appellationi emissæ vim faciat, executor non deferens
 latius infra c. de except. videbimus.

Uterque tamen executor, & mixtus, & merus, sunt
 delegati, & vices gerunt mandantis, docet Speculator
 tit. de iudice delegato §. secundo, & per eum Parla. lib. 2.
 rerum quoid. 2. p. §. 3. sub num. 1. tenet gl. in c. si super
 verbo, principalis de off. deleg. 1. in 6. Felin. in cap. super q.
 de off. delegat. vers. capto glossam in verbo, executorum, n. 5.
 Bened. de Bado. in reperi. ad illum verbo, executor di-
 citur etiam allegatus, &c. Abb. in cap. si quis contra cleri-
 cum. col. 3. de foro compet. & in cap. 2. nota. 3. de off. de lega.
 Innocentius in cap. suscitatus in 1. col. de rescript. per il-
 lum text. Petrus Surd. consil. 163. num. 12. tom. 2. & pro-
 batur text. argum. in d. c. §. de off. delegat. juncta rubrica
 ibi, quæ jura (cum loquantur, & disponant de execu-
 toribus) sedent sub tit. de off. delegat. & sic delegati
 censentur, quia lex, seu Canon debet intelligi secun-
 dum rubricam, & ejus naturam, sub qua situm est,
 exactissime Everard. in locis legalibus. in loco 45. de Ru-
 bro ad nigrum, & Surdus ibi, faciens hoc idem argu-
 mentum in terminis nostris.

Et hinc est quòd neuter executor, à quo appella-
 tionem emissæ ab eo, negat delationem, vim facit, quo-
 niam vulgare est, ut ab executor non sit licita, nisi
 modum excedat: ita probat text. in l. ab executore, ff. de
 appellat. text. in l. ab executione, C. quorum appell non re-
 cip. text. in cap. novit. 4. 2. de appell. cap. quoad consultatio-
 nem de re jud. l. 5. 2. tit. 18. p. 3. c. ei qui appell. §. ab execu-
 tore 2. q. 6. Speculator in tit. de executionis sentent. §. nunc vi-
 dendum n. 7. vers. quid si ab executore, & §. breviter ver-
 sus finem prin. ibi, hinc est. Bart. & alij in d. l. ab executore,
 & in d. l. ab executione. Philip. Franc. Batruius, & Abb.
 in cap. quoad consultationem numero 10. notat. ult. &
 num. 24. de sentent. & re jud. Joan. Andreas, Anton.
 de Butr. & Abb. in d. cap. novit. Alexand. consil. 95. visis
 processibus, sub num. 4. lib. 1. & consil. 113. viso thomase

n. 10. l. 5. Rota decis. 45. alias 346. si appelletur, de appell.
 in novis. Lanfran. decis. 341. incipit si executor: qui de
 communi testatur Franc. Marc. decis. Delph. q. 100. inci-
 pit quaritur n. 1. Marant. de ord. judic. 6. p. act. 2. n. 259.
 lim. 7. fol. 497. Guido Papæ tr. de appell. q. 92. n. 59. fol. 60.
 Rebuff. in tr. de appell. art. 7. gl. n. 15. vers. quintus, tom. 3.
 fol. 502. Afan. in praxi jud. §. 31. & 18. n. 1. fol. 186. Ru-
 ginell. in tr. de appell. §. 2. c. 2. n. 58. Roland. à Valle con-
 sil. 43. num. 6. lib. 1. Thomas Decius consil. 71. num. 19.
 Simon. de Prætijs consil. 116. n. 4. Capicijus decisioe 34.
 n. 1. Paul. Castreus. consil. 288. volum. 1. num. 1. Joan. de
 Amicis consil. 26. Alciatus in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb.
 obl. Anton. de Canar. in tract. de execution. instrument. q.
 46. sub num. 85. tom. 5. fol. 44. Nicell. in concor. gloss. con-
 cor. 6. fol. 8. 37. fol. 192. Veltrius in praxi lib. 7. c. 3. sub
 n. 9. vers. sed & inter alios, fol. 196. Caxar Contar. in reper.
 l. unica q. 24. n. 8. & n. 36. latè lim. 19. ratione excessus
 n. 1. & seqq. C. si de momen. poss. Gallef. formam Camer.
 oblig. c. de quast. post process. incidit. sub num. 11. tom. 5.
 divers. fol. 364. qui probant ab executor non appella-
 ri, nisi modum excedente. Butr. consil. 4. n. 5. Cephal. con-
 sil. 205. n. 12. Surdus consil. 102. n. 2. Turri. conf. 45. n. 15.
 vol. 2. Marius Girba deoif. 101. num. 6. qui num. 7. dicit
 quòd consentiens sententiæ, non censetur concentire
 excessui Bald. in c. quo ad consultationem, n. 7. de re jud. Costa
 de port. rar. quast. 138. in fin. Vincent. Carot. except. 441.
 a num. 81. cum seqq. Carolus de Tapia in compil. tur. Reg.
 Neap. de execut. sent. rub. 41. ritus 262. n. 3. ex Capicio
 decis. 34. n. 4.

Hinc est etiam, quod eleganter & notabiliter di-
 cunt Doctores, quòd à qualibet causa mundi, in qua
 datur excessus, appellatio ut licita admittatur, Paris.
 post alios in consil. 28. ad resolutionem num. 12. lib. 4. se-
 quitur Lancel. Rober. de attent. 2. p. c. 12. limit. 53. n. 23.
 Rebuff. in tract. de sententiæ execution. art. 7. gl. 12. sub
 num. 4. full. 1. tom. 1. fol. 373. & quòd in nullo casu, in quo
 prohibetur appellatio, negetur ab excessu. Cæsar Bar-
 tias in decis. Bono. 55. num. 6. cap. adde. Bald. in consil. 319.
 evidentiam, post medium, vers. porro nunquam reperitur l. 3.
 Cardin. Tuleh. practicarum conclusionum lib. 1. lit. A.
 1. tom. conclus. 4010. num. 23. Vincent. Caroc. except. 44.
 num. 82. quo pertinet, quòd licet à visitatione non ap-
 pelletur, ex Concil. Frid. & nos latius suo loco dixi-
 mus: tamen si visitator excedit modum, appellatio li-
 cita est, non frivola. Navar. consil. 2. tit. de appell. Acosta
 de jud. in cap. 1. n. 211. qui loquuntur in terminis Con-
 cilij. Pariter à correctione fraterna non appellatur,
 quando tamen corrigens modum excessit, liberè per-
 mittitur ab excessu, c. reprehensibilis, de appell. Philip.
 in c. de priore sub n. 2. eod. tit. Cardin. Alexand. in c. ad
 nostram. 3. Decius à n. 1. de appellat. latè prosequitur Gre-
 gor. Thol. de appell. c. no. n. 1. & n. 8. Ruginell. eodem tr.
 §. 2. c. 3. n. 229. Parvi. decis. 1. p. q. 10. per totum, qui plu-
 res allegant.

Quæ doctrina æqualiter accipi debet in executore
 mixto, ac in mero, ut à neutro appelletur, nisi modum
 excedente, quoniam ita absolutè, generaliter, & sine
 distinctione loquuntur jura, & Doctores citati, & in
 specie eleganter advertit Parlador. lib. 2. rerum quoid.
 2. part. §. 3. quia aliter intelligere, foret facere de via
 executiva ordinariam. Parladorum sequitur Amador.
 Rodriguez in tractat. de executione inter. c. 2. sub n. 43.
 & quòd d. lex ab executione, loquatur in mixto exe-
 cutore, cui jurisdictione inest, in specie dicit Bald. ibi
 sub num. 4. ad fin. & idem dixit Marquet. de commiss. 1. p.
 cap. 23. n. 14. dum ait, quòd si executor facti sit, sive
 juris ab excessu semper admittere tenetur appellatio-
 nem; jura, & Doctores allegans, sic eos intelligens,
 quidquid dixerunt Anton. de Butr. & in cap. novit. n. 6.
 de appell. & Ruginell. tr. de appell. §. 2. cap. 2. n. 60. quòd
 à mixto executor possit appellari; sed evidenter fal-
 lantur, si id absolutè intelligant.

Tam ex rationibus quæ à Doctoribus reddi solent, propter quas ab executore non appellatur, quarum potissimum attendenda illa est, quia si gravamen adest, iudex ejusque sententia illud inferunt, quia eam tulit, non verò is, qui eam effectui tradit, quique iudicis mandatum fideliter exequitur, Ita considerat Craveta consil. 273. nobilis Domine col. 2. n. 10. vers. secundo quia, & vers. nec obstat, ubi explicat, & bene Rebuff. in tr. de appell. art. 7. gloss. 2. n. 1. vers. quintus tom. 3. fol. 503. Abb. in cap. de cetero, n. 10. de re iudic. Sigism. Scaccia de appell. quest. 17. limit. 10. num. ergo quemadmodum denegatur appellatio ab ipso iudice & sententia transacta in rem judic. debet merito denegari ab ejus executore, cum in hoc cesset gravamen. Quibus adde omnia fundamenta, quæ adduximus hac p. 4. cap. 1. num. 16. vers. quæ quidem opinio; & num. seqq. nam actus non attribuitur exequenti, sed mandanti, & ordinanti, l. item eorum, §. si decuriones, ff. quod cuiusque univers. nom. cum aliquibus, de rescriptis lib. 6. & quos in proposito citat Aymon. Craveta consil. 144. n. 3. Tiraquell. in leg. comunal. gl. 8. n. 184. & 194. Petrus Surdus late consil. 29. num. 3. tom. 1. & decis. 8. n. 23. & decis. 292. num. 9. & ab illo, quod venit in executionem alicujus actus inappellabilis, pariter appellationi delatio deneganda est, ita Bald. in l. si cum exceptione, §. hac autem actio, ff. de eo quod metus causa. Felin. in cap. quoad consultationem, n. 14. ante fin. de re iud. Cæsar. Contar. in leg. unica C. si de nom. poss. lim. 19. n. 16. & alios quos citavi supra hoc lib. 4. de cap. 1. a num. 16. a princ. Sed hæc ratio & conveniens est, & communis utriusque executori, tam mixto quam mero, ergo una debet determinatione comprehendi.

Nec obstat, quod mixtus executor potest liquidare ea quæ incidunt in executionem, & super iis habet causæ cognitionem, & sic quod ipse potest gravare, ut dicebant præ citati Doctores, Butrius, scilicet, & Ruginel. quia responderetur, omne quod venit liquidandum in executione, est pars ipsius & executorialis, quod quidem non mutat substantiam rei iudicatæ (cessante excessus) sed continet declarationem interpretativam ipsius sententiæ, non augmentem, nec minuentem, nec inducit novum gravamen, ac propterea cessat appellatio; ita eleganter consideravit Rota Romana in mirabili decisione 100. nu. 14. & 28. p. 1. divers. Scaccia de appell. quest. 17. limit. 10. num. 55. Roman. consil. 45. n. 20. ubi bona addit. Rot. decis. 271. num. 2. p. 1. Cævallos in contra commun. quest. 897. sub num. 936. p. 2. optimè quidem declarat Gratian. in decept. forens. cap. 33. a num. 2. tom. 3. ubi allegat d. Rotæ decisionem, ac propterea totum attribuitur mandanti, cuius præceptum exequitur, quod & eo minus dubitabile redditur, quia nec à liquidationibus huiusmodi in executione incidentibus appellatio emissã suspendit executionem eorum, ut dicemus infra in c. de liquidatione, nempe cap. 10. a principio, ubi plurimo congerimus.

Insuper & eo probatur, quoniam communis & indubitata conclusio est, quod ab executione non appellatur; ut supra nos late cap. 1. hoc lib. 4. à qua nullus est qui declaret, an à mixto an à mero fiat, quoniam si non potest appellari ab executione, non poterit etiam ab executore, cum executio, & executor idem est inseparabile & indivisibile, idemque est, appellare ab aliquo factò iudicis, quod appellare à iudice aliquid faciente: non enim appellamus ab executore, quia est executor, sed quatenus exequitur, & ab ejus factò, & ideo interdum dicimus: non appellatur ab executione, nisi modus excedatur, interdum verò, non appellatur ab executore nisi modum excedat, ut est videre ex supra citatis Doctoribus, & præcipuè Lan- celot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 53. num. 22. & seqq. & ab eo citatis, & interdum etiam, ab executione non appellatur, nisi executor in ea excedat, quo modo

loquendi utitur l. ab executione, C. quorum appell. non recip. in prin. quod quidem ex eo provenire certum est, quia executor, & executio, idem est inseparabile, & ideo si via executiva non admittit appellationem, & illam facit tam mixtus quam mero, ergo à factò utriusque pariter excludenda est, nisi modum excedant, quia fiet de via executiva ordinaria, ut rectè considerant Parlador. & Rodrig. locis superius.

Illorum autem Butrii, & Ruginelli opinionem libenter admitterem in illo altero genere executoris mixti, cuius mentionem faciunt citati Doctores supra ad princ. hujus cap. & est videre per Menoch. de arb. lib. 1. cap. 3. §. a num. 2. & ex iis, quos ibi late congerit cum Innocentio, & Abb. quando scilicet, aliqui con- quistis est prædicto fuisse spoliatum evidenter, & Pontifex dat executorem, ut si ita est, illum restituat, & mittat in possessionem alicujus beneficii si est vacans, quia hoc genus commissionis habet tacitam conditionem si est spoliatus, si vacat, & in quo habet executor causæ principalis cognitionem, & debet necessariò procedere, quia nihil de ea cognitum fuit, ut late est videre per eundem. Menoch. ubi supra, ac propterea hoc casu ab hoc mixto executore nihil mirum si sic licita appellatio, etiam si non excedat, quia intelligitur datus etiam ad causam principalem, de quo nos 5. p. cap. 7. ubi de appellationibus ab executoribus gratiarum. Hoc igitur casu bene procedet dictorum assertio, at in executoribus executorialis facta est, ut probavimus, à quibus indistinctè appellationi emissæ vim non faciet, hæc deferens, nisi modus excedatur, ita ut ab eorum excessu interjecta erit evidens violentia, si delatio negetur.

Hinc evenit, reprobandum, minimeque audiendum Gratian. in decept. forens. tom. 1. cap. 146. num. 36. dum dixit ab executore modum excedente appellari, sed quoad effectum devolutivum tantum non autem suspensivum, allegans, ad id Cævallos in contra commun. opin. q. 190. num. 6. & Joan. Guvier. in l. repetitione l. nemo potest. de legat. 1. n. 447. sed evidenter, ut vides, ex iuris- bus, Doctoribus, & Autoritatibus hætenus adductis, fallitur & multis rationibus, quas adducere possumus, convictum eum redderemus, omitto; illud annotans, quod Doctores scilicet Ceva, & Guvier ab eo citati id nullo modo asseverant, sed loquuntur dumtaxat in appellatione executore, & executione, ut non admittatur secundum communem receptam opinionem, quoad effectum suspensivum, quoad devolutivum tamen admittatur, quod supra cap. 1. scripti, non tamen loquuntur in excessus appellatione.

Quare quid in re hac excessus sit inconveniens describere non videtur, excessus autem est, potestatis mandata limitum transgressio, sed in proposito descriptio illa magis quidem consonat, ut excessus sit, novum quoddam gravamen, extra limites mandata potestatis, per executorem illatum, Et licet utraque sustineri valeat, hæc tamen ultima magis copiosa, usque integra- libus partibus constare magis videtur, liquidè executor recepit potestatem, & jurisdictionem strictissimè à commissione, cuius fines præ oculis habere debet, nec ejus limites transgredi, sed sub suæ limitibus commissionis contineri, l. diligenter fines mandati custodiendi sunt, ff. mandati, l. non distinguemus, §. de off. §. fin. ff. de receptis arbitris, cap. cum dilecta de rescriptis, c. cum in veteri. de accusationibus. cap. bona memoria 2. de postulatione prelatorum, & ubilibet Doctoribus, & iterum loquendo in executoribus, est text. elegans in l. quicumque, ibi, hoc tantum potestatis arripit, quod mandatum curæ suæ specialiter approbat. C. de executoribus, & exa- ctoribus. lib. 11. cap. P. & G. & cap. cum olim, de off. delegati. l. 20. tit. 4. & l. 47. tit. 18. p. 3. Commissarius siquidem præ oculis habere debet tenorem, & verba commis- sionis, seu rescripti. docet gl. in l. Pedius, §. in servum ff. de

de arbitr. & post eam Bald. in l. cum magistratu in prin. C. quando provocare non est necesse, dicens quod iudices non debent discedere à verbis rescriptorum, & idem Bal. in rubr. §. extr. de off. delegati, col. penult. post Innocen. quod iudex delegatus non potest interpretari rescriptum, nisi quatenus verba ipsius rescripti patiuntur, idem Bald. in cap. significante de rescript. tradit quoddam ubi non conveniunt verba rescripti, & commissio- nis, nec rescriptum quoque convenit. Baldum his locis sequitur Tiraquellus in l. si unquam, verbo libertis, sub num. 10. C. de revocandis donat. Innocent. in cap. super quest. num. 2. de off. delegat. Marquet. de com- mis. 1. part. cap. 24. num. 4.

Et probatur autoritate Deuteronomii cap. 12. in fin. ibi, non facientes singuli, quod vobis rectam videtur, sed quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, & facit illud Apocalypsis c. ult. ibi, si quis appoverit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plagas: facit etiam illud Ex. d. c. 25. ibi, vide, omnia facio secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte, & id ipsum probatur Actuum Apostolorum cap. 7. & Pauli ad Hebræos c. 8. & illud Job. cap. 14. ibi, constituiti terminos ejus, qui præterit non pollant, & cui convenit Deuteronomii 19. cap. & iterum Paul. ad Timotheum 6. cap. quæ dicitur: Præcipio tibi coram Deo, ut serves mandatum sine macula: illud David. Psalm. 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis; & iterum: Tunc non confundar, cum perpexero in omnibus mandatis tuis: & convenit illud eisdem David Psalm. ad sextam Super fenestras eiectioni, quia mandata tua quæsi; & iterum: A iudicis tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi: & Pl. ad sex am. Da mihi intellectum, & discam mandata tua: & probatur Genesis cap. 24. ibi, A Domino egressus est sermo, non possumus extra placitum ejus quicquam aliud loqui tecum, & facit & illud Divi Pauli Phil. p. 3. Imitatores mei estote, & observate eos, qui ambulant sicut habetis formam nostram, & c. idem 1. Thessalon. 4. ibi, Et ne quis superg ediator, & c. quia vindex est Dominus: & illud Joan. 1. cap. 2. Qui dicit se nosse Deum & mandata ejus non custodit mendax est, & in eo veritas non est, & c. & iterum c. 5. in prin. & illud Joan. c. 14. ibi & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio & c. illud Bernard. lib. 1. de consid. c. 3. ibi, Possessionem, & dominium cede huic, tu curam illius habe pars tua hæc, & ultra nec extendas manum, & c. & illud Pauli 1. Corinth. 5. Quid mihi de iis, qui foris sunt, iudicare? Cui consonat illud Luca 12. O homo, quis me constituit iudicem, ut dividam inter vos? & illud Joan. cap. 6. ibi quia descendi de cælo, & non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, & c. & ultimus c. 4. ibi, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam ejus opera, & c. Quibus convenit illud Divi Ambrosii in lib. de Paradiso. Si quid addas, vel detrahas, prævaricatio videtur esse quædam mandati, simpliciter enim, & pura mandati forma tenenda est, vel testimoniis series intimanda. Hæc ille.

Et ideo tenor sententiæ, & commissionis debet per executorem præ oculis haberi semper Roman. consil. 337. circa propositum in prin. & num. 1. in fin. Cardin. Tulc. practiar. conclus. tom. 3. littera E. com. l. 485. num. 1. & n. 3. & concl. 483. num. 1. Joan. de Ana. consil. 5. v. narratio in prin. ubi etiam Ludovic. Bolginus in apogit. & idem repetit in consil. 9. in prin. Abb. consil. 3. Nitur col. 11. vers. decimo quarto lib. 2. facit l. prohibitum, ibi, cum literis nostris cognoverit, non ex arbitrio suo, C. de iure ffici lib. 10. l. 1. C. de exact. tri. l. 1. C. de mandatis Prin- cipum, cum aliis, quoniam tenor sententiæ est forma ipsius, docet optimè Bart. in cap. cum veteri, post prin. de elect. per text. in l. cum eorum, C. de sententiis, & inter. omnium iud. Sequitur Tiraquell. in reper. l. si un-

quam. verbo libertis sua n. 9. ad medium C. de re. o. ubi pariter refert dictum ejusdem Bald. in l. ab execut. col. ult. C. quorum appell. non recip. dicens, verba sententiæ ponderanda esse, sicuti & contractus, arg. l. fideiussor- res magistratum; & pro Aurelio, ff. de fideiussor. con- venit quod dicit idem Bal. in l. quoties, col. 1. vers. ex hoc elicitur C. de suis & legitim. relatus à Tiraqu. ubi pro- xime sub n. 6. quod verba contractus sunt forma ipsius, quæ dat esse rei; nec ei aliquid addi potest, vel detrahi; quare succedit regula ut forma omnino viuet actum iuribus, & auctoritatibus vulgaribus, nam provisio sive juris, sive hominis, facta determinato modo; suos terminos excedere non debet; Bald. consil. 51. lib. 5. per l. 1. §. si plures, ff. de exercitoria l. qui aliena s. libertos, de negot. gest. late prosequitur Jul. Cæsar. Ruginel. pract. quest. cap. 42. a 9. & seqq.

Vera enim est generalis iuris determinatio, nullam dispositionem ultra egredi, quæ n. verba, & tenor patiantur, ut per l. quidquid aliter egredere ff. de verb. oblig. allerit Sigorolus consil. 61. quest. 1. ubi est potest. volum. 3. vers. 3. Tiraqu. in d. verbo libertis, num. 6. in fin. Maria. consil. 18. prosequendo ordinem in prin. & ejus filius Socin. consil. 64. in præsent. col. 3. lib. 1. & consil. 88. considerata in prin. eodem lib. 1. Bal. consil. 266. proponitur, quod quidam Anton. col. 1. lib. 3. R. phæi. Cuma. consil. 164. col. 1. quæ doctrinam probant infinita iura in l. actorum verba, ibi, tenore sententiæ perleverante, ff. de re iud. & alia determinantia hoc idem in variis casibus, & dispositionibus, ut sic semper verbis & tenori dispositionis cuiusvis inhærendum, recedi autem ab eisdem nullo modo probat text. in l. sancimus, ibi nisi pacti tenor ad hoc reclamaverit C. de fideiussoribus. l. fin. ibi, stipulationi paternæ tenor communis utriusque iudicis, l. ut inter, ibi, juxta pacti tenorem, C. de inutilibus stipulis. l. si operas in fi. cum dicitur: pacti tenor servabitur, C. de solut. & ult. l. ibi pro tenore communis militantium placiti, C. de pignoris. l. ad probationem, ibi, quem tenor scripturæ designat: C. de probat. l. si quis stipulatus sit Stichum in præ. ff. verbo. oblig. qua jubetur sermonem stipulationis inspicere, si ita stipulatus. §. Chryzogonus eod. tit. ad fin. ibi, plerumque; etiam stipulationis verba, ex quibus oritur obligatio, inspicenda sunt, l. stipulatus es, ibi, secundum ea verba stipulationis ff. de fideiuss. text. in cap. 1. ibi, præter tenores investituræ, ut. de duobus fratribus; in usibus feudorum, & text. in c. si cui. ibi, tenorem investituræ sequentem, ut. de extraord. cap. Corrad. text. est in cap. porro, de privilegi. ibi, quod totum ex inspectione privilegiorum plenus animadvertere, potes, & iterum ibi, volumus privilegiorum suorum servare tenorem, c. recepimus, de privilegiis ibi, inspicenda sunt ergo Ecclesiarum privilegia, & ipso una tenor diligenter attendendus est, text. in c. consideravimus, ibi, contra tenorem privilegiorum, de elect. cap. fin. ibi, tenor indulgentiæ, de translatione prelator. c. cum in iure, ibi juxta compromissi tenorem, de electione c. examinatur, ibi contra formam compromissi, de confirmatione utili vel inutili, & in c. cum olim in fin. ibi, juxta tenorem arbitri, de præscript. & in c. Raynald. ibi, prout forma compromissi, de test. cum dilect. ibi ex tenore instrumenti, de donat.

Et quod generaliter non sit recedendum à verbis & tenore cuiusvis dispositionis, cum ejus tenor sit forma ipsius, etiam si aliud suadeat natura rei, cum verba sint clara, non solum in sententiis, commissionibus, & rescriptis, seu contractibus (ut diximus) locum habet, sed in cunctis dispositionibus, & actis, scilicet legibus, statutis, privilegiis, feudorum concessionibus, testamentis, compromissis, libellis, instrumentis, & aliis, ut ad longum de singulis, prosequitur plura in comprobationem adducens Andr. Tiraquell. in l. si unquam, verbo libertis, à n. 4. quia ut inquit D. Epiph. Panor. tom. 2. Ubi verborum ordo, ibi mysterium est. Tenor enim mandati via est recta, & executori lucernas